



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Excitatur Augustæ Virginitas

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

consolans mœrentes, recreans fatigatos, incitans lentos, omni deniq; boni Reſtoris, Ducis, Patris-que fungens officio. Ad hos porrò labores tam graues, tamque multiplices quis non miretur vni homini vel tempus ſuffeciſſe, vel vires? Sed nimirum adest piè laborantibus vigor, ac robur è cœlo: & gnauiſ hominibus industria mirè producit horas. Sub id tempus inualuere plurimum in Gallia Hugonotti, Hæreticiq; Calviniani: nec occasionem Lutherani prætermiſere. Seditioſum ſparſere ſcriptum, quo Regi Gallix ſua probare fabuloſa inuenta conabantur. Effecit Caniſius, vt ſanum doctumque contra ſcriptum, haud dubiè conditum ab ipſo, prodiret, quo apud eundem Regem eximium ſuum Catholici religionis tuendæ ſtadium declararent. Refloſcente autem religione in vrbe Auguſta, reuiuifcere ſimul cœpta, ac reuireſcere, quæ penitùs videbatur emarcuiſſe Virginitas. Multæ puellæ quanquam & generis nobilitate, & diuitiarum amplitudine ad blandimenta ſeculi pellicerentur, nuptiis tamen mortalibus præoptauere integerrimos, æterni Sponſi complexus.

Ergo tali ſucceſſu gratulabantur ſibi priſcorum

*Etiã de Oab-
la ſollicitum.*

*Excitatur Au-
guſta Virgini-
tas.*

*Gratulationes
de Augustano
profectu.*

*Pontificis de
eo laetitia.*

rum rituum veriq; cultus affectatores, quod nulla in Imperio Ciuitas, quæ ad Lutherum semel decurrasset, pari gradu se referret ad Christum. Quod sane admiratione non carebat, cum essent vel duodecim Augustæ, qui cathedram pestilentia indiderent, ferme etiam decuplo maior, ut supra quodque prodidimus, aduersariorum numerus, eorumque opes, & vires maximæ: contentio, fraus, violentia summa, ut clam, palam hostili animo, haeretica peruicacia insectarentur, qui ex propheta ipsorum synagoga ad sanctam Christi Ecclesiam transitum vel fecerant, vel parabant. Denique sententiam omnium erat permagni referre, ut primaria illa Respublica, in quam totius Germaniæ & oculi, & animi ferme intenti essent, eum haberet Ecclesiasten, atque Doctorem, cuius autoritas, præterquam quod longe, lateque clareret, simul aduersariorum in ea vrbe, circaque obscuraret doctrinam, prohiberetque conatus; simul recte sentientes intra religionis septa contineret. Itaque & qui præsentibus aderant Catholici rei amatores, officiosissimis verbis, & absentes quoque per litteras tam optatum Canisio bonorum laborum eventum gratulabantur. Ipsemet Pontifex Pius

Quartus